Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Pisarum Ethrurie insignis civitas hijs
temporibus (ut Strabo refert) a grecis ex
pisa Archadie civitate venientibus ini-
cium sumpsit / Nam servius sic inquit / Quidam
ex ea et Elide civitatibus venerunt / et pisas in
Italia condiderunt / quam sic ex pristina civitate
vocavere / Eam enim urbem vetustam et gestarum
rerum gloria claram ab alpheis originem ha-
buisse virgilius dicit / quom ait / hos parent iubet
Alphee ab origine pise urbs ethrusca solo / Et
plinius / pisas inter Auxerim et arim amnes
a pelope et teucitanis greca gente ortas asserit /
Justinus vero dicit / pisas in liguribus grecos auc-
tores habere / Et lucanus in primo / hinc tyrrhe-
na vado frangentes equora pise / Hec igitur
Civitas quamvis infelix nunc sit habita ut
pote a florentino populo gravissimis subiectat
pressuris / olim tamen potentissima fuit
florentibus aut romanorum rebus nullum habuisse
potentatum invenimus / Postquam vero maritime
urbes ethrusce hinc luna inde populonia
delete fuerant / Quiescentibus per Caroli
magni et filiorum tempora Italie rebus eam
quam postea habuit potentiam assumere
cepit / Quibus temporibus et deinceps mul-
tos prestantissimos habuit Maritimo bello
viros quorum virtute et prestancia immen-
sum eius aucta fuit / Quo factum est ut inter
ethruscas urbes et belli gloria divitijs atque

qui

mo

potentia principatum obtinere promeruerit /
Et multas Insulas Atque ipsam quasi Ihe-
rusalem suo dominio subiegerit / Sed ab annis
septuaginta postquam ea civitas florentinis sub-
iecta fuit In frequens populo opibusque
exinanita penitus est reddita / Pise tercio eu-
genio pontifice romano ornate fuerunt / Ea
enim nunc superbissimis edificijs et pontibus
super Arnum flumen positis exornata
plurimum est / Habet inter cetera hec civitas
Templum dive virgini dicatum / et clau-
strum toto orbe celeberrimum quod campus
sanctus nuncupat / Atque Turrim campa-
nariam miro ordine confectam / Que omnia
videri et mirari incredibile videtur / Genuit
hec civitas inter ceteros Raynerium et Bar-
tholomeum Theologos et Jurisperitos
doctissimos ordinis predicatorum / Atque hug-
wicione gramaticum et alios multos

Hie